

DOCTORIS
DON
MICHAELIS
MOEZ
DE ITVRBIDE
ADSEXTVM

BONIFACIUS VIII.

CONCORDS.

SIVE

COMMENTARIORVM

LIBRI SEXTI

DECRETALIVM

PARS PRIMA

CONTINET LIBRVM PRIMVM SEXTI

OPVS ARDVVM ET INACCESSVM A MODERNIS PRÆTERMIS-
sum, & tam in Scholis, quàm in Foro versantibus summè profectum. Traditur quip-
pe in eo Ecclesiastici Iuris nouioris, & potissimum rei beneficiariz in vna
quaque textuali resolutione vera ratio è primis Iuris prudentiz
vtriusque Romanæ fontibus hausta.

ADDVCVNTVRQVE DOCTORES NON VT CVMQVE EAS PER-
tingentes, sed in individuo illustrantes, & Denique Iura Regia Hispania noua suppel-
lectili Ornata in medium proferuntur.

ANNECTITVR COLLECTIO DOCTORVM AD GLOSSAS, IN
quibus materiz aliz vtiles tractantur, quæ ad rationes dubitandi & decidendi commo-
de reduci non possunt.

CVM DVPLICI INDICE, RERVM & VERBORVM VNO, & IVRIVM
altero, vtroque copiosissimo.

AUCTORE

D.^{NI} D. MICHAËLE MOEZ DE ITVRBIDE,

I.C. COMPLVTENSI.

AD ILLVSTRISSIMVM


D. D. GARSIAM DE PORRES & SYLVA,

HISPANIARVM REGIS POTENTISS. PHILIPPI IV. IN SVPREMO
CASTELLE, BELL. & SANCTE INQVIVISIONIS SENATV
A CONSILIIIS.

CVM PRIVILEGIO.

Compluti. Apud Mariam Fernandez; Anno Dni. 1663.

Ex Bibliotheca Doctoris D. Andree Garcia Tremiño a Samanago.




ILLVSTRISSIMO HEROI
D. D. GARSIAE
 DE PORRES & SYLVA

MAIORIS (OLIM) COLLEGII CONCHENSIS DE-
 corato Nobili Togâ, atque in Salmantina Academia Iuris Pontifi-
 cij Vespertino Antecessori: Nunc, Consiliario Regio in Su-
 premo Castellæ, Belli, & Sanctæ Inquisitionis
 Senatu.

OPTIMARVM ARTIVM ASSERTORI, & IVRIS, &
 Iustitiæ Hierarchæ.

TVAE semper erit humanitatis, Clarissime Heros, (& lu-
 men, & delictum, & ornamentum Musarum) quod re-



AD LIBRUM PRIMUM SEXTI DECRETALIVM.

COMMENTARIVS. DE SVMMA TRINITATE, ET FIDE CATHOLICA. TITVLVS I.

SVMMARIVM.

- 1 **S**piritus Sanctus aeternaliter à Patre, & Filio tanquam ab vno principio, & vnica spiratione procedit, & praesumentes contrarium dicere damnat Gregorius X. in Concilio Lugdunensi.
- 2 Hanc veritatem suassit S. Cyrillus, & confirmant eius auctoritatem Concilia Graeca.
- 3 Confirmant etiam Concilia Latina, & Patres.
- 4 Sicut Pater est principium Spiritus Sancti, ita & Filius.
- 5 Sicut Spiritus Sanctus accipit à Filio sapientiam, sic etiam dicendum est accipere essentiam.
- 6 Quod Spiritus Sanctus mittatur à Filio non potest aliter accipi, quam per productionem.
- 7 Spiritus Sanctus appellatur Spiritus Christi.
- 8 Pater, & Filius si non haberent omnia communia; distinguerentur plusquam relatione.
- 9 Spiritus Sanctus procedit, ut amor mutus.
- 10 Spiritus Sanctus procedit ab spiratione actiua.
- 11 Nomen IEHOVAH probat processum

Spiritus Sancti à Patre, & Filio.

- 12 *Symbolum Arianum, & Symbolum apud Ecclesiam idem probant.*
- 13 *An daretur distinctio realis inter Filium, & Spiritum Sanctum, si Spiritus Sanctus non procederet à Patre, & Filio.*

Ad cap. Fidei vnic.

IN illustratione Catholicae assertionis, definitae in Concilio Lugdunensi, de quo in presenti, post multas alias Ecclesiae vniuersalis definitiones, quas inferius adducemus, à methodo in reliquo hoc opere obseruata deuiabimus. Dumtaxa enim operae pretium duximus, proponere confirmationem, & rationem decidendi, tam auctoritatibus Sacrae Scripturae, Conciliorum, & Patrum, quam rationibus fulcitam, & vallatam. Obiectiones autem quarum occasione schisma incepit, & creuit, alijs adducendas, & diluendas missas faciemus, ne proprii temeritate ingenij, veritas orthodoxa leuius quam decet pertractetur, cum à Doctissimis, & Religiosissimis viris, satis abunde, temeritas contrarium sententiarum denuntiata, & patefacta sit.

1. Est igitur conclusio Catholica, & de

A

Fide: